



SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE
BOLLETTINO

HOLY SEE PRESS OFFICE BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIÈGE PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE SALA DE IMPRENSA DA SANTA SÉ
دار الصحافة التابعة للكرسى الرسولي BIURO PRASOWE STOLICY APOSTOLSKIEJ

N. 0050

Sabato 31.01.2004

**LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLA CELEBRAZIONE DELLA XII
GIORNATA MONDIALE DEL MALATO (LOURDES, 11 FEBBRAIO 2004)**

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLA CELEBRAZIONE DELLA XII GIORNATA
MONDIALE DEL MALATO (LOURDES, 11 FEBBRAIO 2004)

In data 24 gennaio 2004, il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato l'Em.mo Card. Javier Lozano Barragán, Presidente del Pontificio Consiglio per la Pastorale della Salute, Suo Inviato Speciale alla celebrazione della XII Giornata Mondiale del Malato, che avrà luogo a Lourdes (Francia) l'11 febbraio 2004.

La Missione che accompagnerà l'Em.mo Card. Javier Lozano Barragán è composta dai seguenti ecclesiastici della Diocesi di Tarbes et Lourdes:

- Rev.do Can. Pierre-Marie Charriez;
- Rev.do Can. Henry Fréchou.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale:

• LETTERA DEL SANTO PADRE

Venerabili Fratri Nostro

XAVERIO S.R.E. Cardinali LOZANO BARRAGÁN

Praesidi Pontificii Consilii pro Valetudinis Administris

(pro Pastorali Valetudinis Cura)

Quinquagesimo ac centesimo anniverario die incurrente a definita Immaculatae Conceptionis doctrina, quae Mater Domini in Masabiellensi specu dixit verba, eadem cordibus grata resonant ac solaciis plena. Tanto ergo opportunius duodecima Dies universalis pro Aegrotantibus Lapurdii celebrabitur commodum cum Ecclesia

universa primam in eodem oppido prodigalem Immaculatae Virginis, Salutis infirmorum, visionem commemorat.

Libenter praeterea novimus huic eventui duos dies antecessuros, spectantes ad persequendas quaestiones istas, videlicet de Immaculata Conceptione ac Salute in Christianis Europae radicibus necnon de pastoralis valetudinis curae renovatione in orbe potissimumque in Europa per dicti anniversarii diei celebrationem.

De cuius ideo magnitudine causae certiores, ad Te, Venerabilis Frater Noster, animum Nostrum direximus, qui Pontificii Consilii pro Valetudinis Administris Praeses Nos sollicito corde adiuvas ad pastoralem infirmorum curam fovendam.

Qua de re per hasce Litteras Nostras te constituimus MISSUM EXTRAORDINARIUM ac nominamus, qui ad memoratam celebrationem die undecimo proximi mensis Februarii prosequendam vicibus nostris fungaris.

Exoptamus vero ut omnibus huic conventui occurrentibus, proprie tum dilectis fratribus infirmis atque sororibus tum medicis atque valetudinis administris, paternam salutationem Nostram nunties ac eandem ex animo vere depromptam. Liturgicis exinde celebrationibus nomine Nostro prae sidebis, adstantes fervide adhortans ut quae paenitentiam Lapurdii petivit ac orationem, Matri misericordiae satisfaciant atque, Iesu Crucifixo eidemque Virgini per dolenti corde affxi, pro totius salute humani generis tum infirmitates suas corporales tum spirituales offerant.

Postremo hanc missionem tuam, Venerabilis Frater Noster, Virginis Mariae quavis labe ab origine intactae commendantes intercessioni, item volumus nomine Nostro omnibus qui duodecimae Diei universali pro aegrotantibus participant Benedictionem Apostolicam, supernam afferentem gratiam nec non propensae Nostrae voluntatis testem, per amanter dilargiaris.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXVIII mensis Ianuarii, anno bismillesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto ac vicesimo.

IOANNES PAULUS II

[00163-07.01] [Testo originale: Latino]
